identitem inculces. quin et Brunoni viam præeas, qua illius exquisite peritos reddat. Occurrunt quæ mihi in illam sententiam Amstelodami disserebas, poteruntque si domum discesseris, et vacat epistolio consignari. A re logicâ superest hoc Rhetorici, quod a te petam: nimirum ut amicum datrapam cum lectissimâ Muydæ hospitâ, autumno proximo Hagam reducas. Nisi hoc effectum das, scito me artem omnem eloquentiæ flocci facturum. Si das autem, proximæ editioni orationum tuarum hanc quoque insertam iri, me procurante. Ita qua rem arduam fortissimus Rhetorum executus eris. Itaque vale omnipotens persuasor cum persuadendis optimis amicorum. Assenedæ in Castris XII. Augusti 1643.

Poemata Latina pridem omnia lustravi,
et in pagellas quaqua versum mobiles
congessi. Supersunt vernacula, quibus me
sensim applicabo. Totam massam tibi digerendam
ut convenimus, instante vel autumno vel hyeme
daturus sum, ut sic finem ineptiendi semel simulque
faciamus.

(347)

Constantino.

Τὴν ἐπιστολήν σου κήδιστε Κωνσταντῖνε τὴν ἑλληνικωτάτην
καὶ μάλα θαυμαστὴν θαμβαλέος γε καὶ μικροῦ ἀτυχθεὶς
ἐδεξάμην μνήμων δὴ τῆς παιδεύσεως τῆς ἐμῆς ὅτε εἰς ταύτην
τὴν ἡλικίαν ἐλθὼν μόλις δὲ τῆς ἀναγνώσεως τῆς ἑλληνικῆς
εἰδὼς. περὶ τῆς γραφῆς οὔτε καθ᾽ ὕπνον ἐννενοηκεῖν
λογίζομαι δὲ ταύτην τὴν αἰσχύνης μοι ἐν χώρα δόξης
οὐκ ἐλαχίστης. καὶ γὰρ ὁπόσος δήποτε γέγονας, ἐκ τῶν
μαθητῶν σου εἶ, οὓς ὅτε ἐγὼ καὶ ἀρτιάσας [?] ὑπὲρ ἐμαυτὸν
σεσοφισμένους αἰσθάνομαι, ἴσθι με μεγάλην τινὰ ἥδεσθαι
ἡδονὴν ἣν μοι ἵνα πολλάκις ἀποδιδοῖς, παμπόλλαις
με καὶ ποικίλων ἰδιωμάτων γράμμασιν εὐώχητον
καὶ ἔρρωσθε [?]. φίλτατον κάρα. Ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς τῆς ἐν
Ἀσσενέδῃ. τῇ ιθ τοῦ μηνὸς Αὐγούστου. CIƆIƆCXLIII.

ὁ σὲ πολὺ μᾶλλον ἢ ἑαυτὸν φιλῶν
πατὴρ
Κωνσταντῖνος Ὑγένιος.

Barlæo